

AUGUSTA

Sr & Rr
Summi (2) BONI CIVILIS
Delineatio
ad

PHILOSOPHIAE

MORALIS PRÆCEPTA
accommodata

Quam

Summi idem Boni Cœlestis
auspiciis

Gymnasticae velitationis gratia
In Illustri Banovicensem Atheneo

P R A E S I D E

M. Jacobo Faschko Briznenisi, Gymnasij
ibidem Rector.

Proponit Respondens,
Andreas Faschko Briznenis. ejusdem
Gymnasij Alumnus.

Ad diem 14. Junij horis 8 loco
consuetis,

ANNO:
M. DC. L. I.

TRENCHINII
Permissu superintendentali.
Typis Laurentij Benjamin ab Haga.



1542/30

Generosis, Amp

VIRI

DN: JUD

ET SENATORIBUS UNIVERSITATIBUS
In Regia Liberaq; Republica Briznensi.

Dan.

Patronis & Fautoribus omni pietate colendis.

Ut &

Reverenda Dignitate, Morumq; & fidei
sinceritate Clarissimis

VIRIS,

Dn. ELIAE FASCHKO,
Pastori Ecclesie Peklanen: & Ven. Cont. Sarosien,
Seniori meritisimo.

Dn. PAULO FASCHKO,
Acustiti Ecclesie Szentivan: dignissimo.

Dnn, Patruis Parentum loco habendis

Has suorum studiorum primicias
dicat & consecrat

And; Faschko Briznensis;

1542/40

5

2



Philosophi
disputatione
mus otio
quin poti
moveam
cè examin
cto ordine
plurimor
ex dibilitá
Externum
Summum
hanc trad
etenim co
ad vitā h



DISPUTATIONIS
de
SUMMO BONO,
Præloquium.

Multum posse cùm in omnibus rebus, cùm præcipuè in arte literaria Exercitationum laborem cuivis palam & conspicuum est. Quare cùm paucis ante hac inchoata est à nobis Philosophiæ Moralis, quam Ethicam vocant, publica disputatio atq; enucleatio, nunc omnino non debemus otio marcescere ut desistamus á cœpto nostro, quin potius pro viribus facultatis nostræ eam promovereamus ac dilatemos. Proposita igitur & publicè examinata iu nupero conventu *Ethicæ naturâ*, recto ordine, (& quidem non ex ostentatione, qualis plurimorum malevolorū de nobis est opinio, verum ex dibilitâ Præceptoribus obedientiâ) ad *Finem ipsius Externum*, qui est Summa hac in vita felicitas, sive Summum Bonum provehimur, ab eoq; nostram hanc tractationem ordinem & auspicamur. Hujus etenim cognitio teste Picol. grad 9. c. i. tam magnum ad vitâ hanc rectè instituendam affert momentum,

ut eā destituti nedum ignoremus quo tendamus, verūm insuper nec ritē homines, nec mentis compotes judicari mereamur. Quare ne istam incurramus animadversionē Summi Boni naturam ordine, atq; tylo simplici, animus est in chartam conjicere. Quod dum facimus divinum primō implorantes auxilium & gratiam, Tuam, lector candide, animi exposcimus benevolentiam & favorem.

Sit igitur Thesis.

I. **A** Rist. lib. 3. Eth. Nicom. c. 3. Eruditus inquit est ea- tenus exactam in uno qnoq; genere explicationem requirere, quatenus rei ipsius natura pati potest. Quod ipsum & nos considerantes, dum nullum aliud naturae Summum Bonum pertractandæ convenientiorem invenimus ordinem, optimo jure nos facturos putavimus, si tanquam *Thematis simplicis* juxta Quatuor Questionum Genera considerationem instituerimus.

II. Ac proinde Tractationis Onomatologicæ, quæ ad Questionem, *Quid sit?* Pertinet, Etymologiam & Homonymiam, ne plures quam temporis expostulat ratione nascantur pagellæ, omittentes, Tertiam solummodo partem quæ est ipsa Synonymia, perpendemus.

III Variis a. nominibus & appellationibus tām Græcis quam etiam Latinis apud Philosophos Summum B, insignitur. Et Græcis quidem dicitur 1. εὐδαίμονία idq; ἀπό τύχαθε δάίμονος, vel quod ἀγαθός δάίμον i.e. animus bonus eam habeat felicitatem: vel quod bonus genius, & non malus ad eam perducere soleat. 2. εὐχωΐα ἀπό τύχη bene vivendotum quod felicitas in rectitudine vita constitua.

stituatur;
faciat. 3. à
næ S. Bonu
sunt instru
4. μακερίσμα
givà maxim
cera & vera
dicitur εὔτε
SummūB.
ne bona qu
nominatur
nitas & fel

IV. La
tudo, finis
plurimis a
Quibus in
quod sit ex
di, rediç
natura, ut
tremum ma

V. Viso
murs, qua
mus, suffri
tamen neq
num confir

VI. Pri
tūm ut est
dam vita g
vel absolu
ad hanc vi

nus, ve-
m potes
us ani-
q; tylo
od dum
n & gra-
us be ne-

it est ea-
ationem
Quod
naturæ
rem in-
avimus,
Quæstio-
, quæ ad
& Ho-
lat ratio
odo par-
am Græ-
num B,
via idq;
nim⁹ bo-
nius, &
t; v; v; v;
ita con-
stitua.

Stituatur; tūm quod vitam hominis restam sive beatam faciat. 3. εὐτυχία, quod nonnulli in copia honorum fortuna S. Bonum collocarunt: vel quod ex sententia Aristea sunt instrumenta sine quibus homo non valet esse felix. 4. μακερίσμος sive μακερότης. i.e. beatitudo ἀπό τῆς μάκρια χρήσης à maximè gaudendo, eo quod hæc beatitudo sine sincera & vera voluptate sive gaudio fieri non potest. 5. dicitur εὐπρέξια ἀπό τῆς εὐπρέξεως h. e. benè agendo, eo quod Summū B. ut ex definitione inferiùs intelligetur, in actione bona, quæ est secundum virtutem consistat. Tandem 6. nominatur τὸ ἀγαθὸν, eo quod in eo summa consistat bonitas & felicitas.

IV. Latinis verò Summum B. dicitur *felicitas*, beatitudo, finis hominis, beata vita, scil. civilis, & aliis quam plurimis apud autores passim occurribus nominib;. Quibus innuere volunt S. B. nomine se id intelligere, quod sit extremū, quod ultimum, quo omnia benè videnti, re deq; faciendi consilia referantur, quod sequatur natura, ut summum ex rebus expetendis, quod rē ut extrellum malorum fugiat. Vide Cicer. lib. 1. de finibus.

V. Viso ergo Nominis ad Questionem 1. i.e. progredimur, quam quidem optimo jure omittere possemus, iusfragante Philosopho lib. 1. Post. anal. c. 8. t. 76. tamen nequa dubitationis ratio relinquatur, dari S. Bonum confirmabimus, hæc duo prius observaturi.

VI. Primò. *Vitam hanc Dupliciter considerari*, tūm ut est via ad futuram: tūm in se ut definitum quendam vitæ gradum. Secundò, *Summum B. esse Duplex*: vel absolutum & ἀπλόνum; vel secundum quid & ad hanc vitam restrictum.

VII.

VII. Inde concludimus, j. S. Bonum in hæc vita, prout est via ad alteram solum spe, non absolute natum est inveniri, non enim in peregrinatione, sed patria; non in cursu, sed termino cursus: non in pugna, sed in victoria reperitur, cum sit ipsa corona & præmium.

VIII. 2. Colligimus In hac mortalí vita in se scil considerata. Felicitatem absolutam & Summum simpliciter bonum homini obvenire planè non posse: idq; propter corporis fragilitatem & bonorum fortunæ inconstâiam; & quemadmodum integritas semel amissæ perfectè non instituerit, nisi post hanc demum vitam, ut fides docet; ita nec bonum tam absolutum, omniq; ex parte perfec tum, nisi tum demum reperabitur.

IX. Talem Felicitatem summam, sive Summum absolute Bonum, cum ad institutum nostrum non pertineat, ad forum Theologorum relegamus. Bonum n. hominis secundum quid summum, sive ad hanc præsentem vitam restrictum Philosophia solummodo inquit.

X. Hujus ex ipsa virtutis Divisione, in Theoreticum & Practicū, relata distinctio. Illud igitur ex perfecta virtute intellectuali; hoc verò ex morali provenit Theoretici exactam hic instituerè tractationem nostri instituti non est, quia non quātrum felicitatem Contemplativam, sed Practicam. Unde & Philosophus in Ethicis suis Theoreticum ταχυλῶς solummodo pertractat, neq; fine alio, quam ut S. B. Civilis natura rectius intelligeretur, distinctio ostenderetur, utq; boni Politici ad Theoreticum ordinatio innotesceret ac manifesta esset.

XI. Notamus tamen hic membra divisionis hujus esse quidem distincta, sed non opposita, non enim se ex Subjecto mutuo pellunt, sed subsequuntur, unde ex his

duo-

duobus ho te perfecta

XII. bamus Ar ctiones no mus, desi rum natu primam est id & ralis non c frustrà.

Id bonum refertur, e cundum tale bonu qui lib.). Nō est in a dam, ne a do, in insi nus & irri

XIII. felicitaten stendim stionem C & confide

XIV. Efficient motam & Deum, qu perfectissima & peri

ta pro-
um est
non in
victoria
til con-
pliciter
propter
ātiam;
stè non
docet;
e perfe-
um ab-
ertine-
. homi-
entem
rit.
reticum
perfecta
Theo-
nstituti
ativam,
s Theo-
ne alio,
distin-
um or-
s hujus
se se ex
ce ex his
duo-

duobus honestatis gradibus beatitudo Civilis omni ex parte perfecta, & junctis membris absoluta consurgit.

XII. Istam in rerum natura dari hoc sequenti probamus Argumento: Id in quo omnia studia, omnesq; actiones nostræ, quæ quidem propter hanc vitam suscipimus, desinunt, & ad quod omnia reliqua referuntur, in rerum natura datur. Atqui actio secundum virtutem optimam & perfectissimam, quæ dicitur Civilis felicitas est id &. Ergo. Major probatur, quia appetitus naturalis non est frustraneus, cum Deus & natura nihil faciant frustra. Minor etiam confirmatur tali Prosylogismo: Id bonum quod ad ulteriorem finem non dirigitur neq; refertur, est summum & ultimum. Atqui operatio secundum Virtutem, quæ vocatur Summum Bonum, est tale bonum. E. Major iterum confirmatur ex Aristot. qui lib. 1. Ethic. Nic. c. 2. Necessarium inquit, omnino est in actionibus humanis summum esse finem quendam, ne appetitus noster unum propter aliud expetendo, in infinitum, à quo natura abhorret progrediatur, vanus & iritus fiat.

XIII. Evictum igitur hactenus est Summum B. sive felicitatem, non absolutam, sed talem, qualem supra ostendimus in rerum natura dari & inveniri. Iam Quæstionem Cur sic? ad quam Causarum refertur tractatio, & consideratio, perpendemus.

XIV. Causam S. Boni Externam, & quidem primò Efficientem quod attinet eam statuimus Duplicem, Remotam & Proximam. Remotam esse dicimus ipsum Deum, quia cum Summum Bonum est nobilissimum & perfectissimum bonum, ideo etiam non nisi à nobilissima & perfectissima causa, qualis est solus Deus, fluere & prove-

provenire debet. Unde & Philosophus, lib. 1, Nic. c. 9. Si quid, inquit, aliquod aliud à Deo hominibus detur donum, verisimile est felicitatem quoque exhiberi, ac tanto magis, quanto ipsa omnium humanarum rerum optima. Et Tyrius: Revera nullum bonum est, quod non originem a Deo trahat.

XV. Proximam autem ac immediatam ipsum hominem, constituimus. Is etenim Summum Bonum quod velut palma à Deo ipso proponitur esse factio[n]e, disciplinâ, diligentia, ac industriâ a sequitur & acquirit quandoquidem certum est, non ociolos, sed negotios felicitate coronari.

XVI. Finis est etiam duplex: alius & alius vero. Finis & sive cuius gratia nullus assignari nec potest, nec debet, cum certissimum sit, Summum B. solum sui gratia, non vero alterius optari. Finis vero & sive cui, sunt homines in societate viventes, ob hos n. potissimum S. Bonum institutum est, ut scil. eos beatos efficiat, bonisque & ad quævis honesta agenda idoneos reddat.

XVII. Iam ut Internas quoq; attingamus; Formam in operatione ex virtute promanante collocari statuimus. Ea namq; nos intrinsecus perficit, ea Summum B constituit, ab aliisq; utpote ab otio & habitu distinguvit. Ut n. uniuscujusq; rei bonitas & perfectio operatione & operè stimatur: sic quoq; beatitudo, quæ hominis bonum & perfectio est, ex ejus operatione propria, proprioq; opere rectè judicatur.

XVIII. Materia beatitudinis Ex qua, nulla est, In qua vero ipsa anima constitutus, Eaq; 1. non vivens,

vivens, ista e
2. Sentiens
nis est: Sed
ab aliis sepa

XIX.
tuimus, E
tione; J
quodvis irr
ones ex vir
quia & hia
rit & virtut
possunt, nif
as, beatum
ac immutab
vita contin

XX.
Græcorum
beatum cen
-Ultima sei

A
dēmum po
dicendum j
lo sophi, m
ex virtute p
citatem affi

XXI.
minem hac
spondemus
miseriae str

b. i. Nic. e. 9.
inibus detur
exhiberi, ae
um rerum o-
t, quod non

plum homi-
num quod
ione, disci-
quirit quan-
tios felici.

lius verò &
potest, neq
n sui grati, à
i. sunt ho-
num S. Bo-
, bonoique

bus; For-
llocari sta-
Summum
bitu distin-
ctio opera-
, quæ ho-
propria,

nulla est,
. non vi-
vens,

vèns, ista enim animæ potentia est etiam in plantis; non
2. *Sentiens* quatenus talis est, nam & hæc brutis commu-
nis est: Sed *Rationalis*, quæ soli homini propria, eum
ab aliis separat & distingvit.

XIX. *Subjectum Summi B.* ipsum hominem sta-
tuimus. Excludimus itaq; à felicitatis hujus participa-
tione; *J. Bestias*, bovem, scil. equum, &c, aut aliud
quodvis irrationale animal: idq; quia nullum ex iis, acti-
ones ex virtute promanantes edere potest. 2. *Pueros*,
quia & hi ad ejus actionem, quæ perfectam vitam requi-
rit & virtutem, propter ætatem puerilem idonei esse non
possunt, nisi fortè propter spem, quam de puerō concipi-
as, beatum eum dicere velis; verū & hanc infallibilem
ac immutabilem, propter varios fortunæ casus, qui in hac
vita contingere possunt, affirmabit scio nemo.

XX. 3. Excludimus *Mortuos*. Etsi verò Solon
Græcorum sapientissimus neminem hac in vita dici posse
beatum censuerit, sed juxta illud Ovidij lib. 3. Metamor.
Ultima semper. Expectāda dies homini est, diciq; beat⁹

Ante obitum nemo, supremaq; funera debet,
demum post ultimum hujus vita terminum verè beatum
dicendum judicārit: Nos tamen sequuti rationem Phi-
losophi, mortuos, propter impotentiam edendæ actionis
ex virtute prodeuntis, nullatenus beatos dici, de iisq; felici-
tatem affirmare posse statuimus.

XXI. Ad miseras v. à Solone objectas, quibus ho-
minem hac in mortalitate subjectum esse certum est Re-
spondemus. *J. Committi Fallaciam δμονυμίας in voce*
miseriæ sive miseri. Ea enim sumitur variis modis,

B

vel

vel pro inope & indigo; vel pro homine abjecti animi; vel denique pro homine sceleribus mancipato. Prima Summo Bono nihil officit: Secunda in virum bonum non cadit: Tertia vero quæ Ethica proprie est. Summo Bono opponitur, propterea etiam cum eodem simul consistere nequit.

XXII. 2. Dicimus, *Essē felicem*, contingere dupliciter; vel *absolutē*, vel *pro tunc ac tempore determinato*. Homo igitur dum vivit est felix non absolute, sed pro tunc ac temporis conditione, in qua etiam ea quæ alicquin sunt constantissima, etsi raro interdum tamē labefactari videmus.

XXIII. Sequuntur *Proprietates & Affectiones* Summi B. Illarum apud Philosophos recensentur quam plurimæ, ex quibus nos pauculas tantum easq; præcipuas attingemus. 1. itaque Affectio est, quæd scil. Summum Bonum sit δικεῖον ἀγαθὸν. i. Eth. Nic. c. 5. h. e. bonum proprium & domesticum, internum, inque optima hominis parte, qualē animam, ejusque facultatem rationalem, esse censemus, constitutum. Si n. eslet communē cum plantis, vel cum aliis animalibus irrationalibus, tum & boni, & ipsius hominis dignitas, si non planè tolleretur, omnino tamen diminueretur. Igitur quod aliis rebus extra hominem commune est, id Summum Bonum non est.

XXIV. 2. Summum B. est θυσαφάγετὸν i. Eth. c. 10. h. e. difficulter mobile, stabile, fixum, constans & immutabile. Etenim attestante Philosopho, Nulla in re humana tanta est firmitudo, quanta in his actionibus, quæ cum

cum virtute
ac diuturni
quod non s
facileq; aufe

XXV

fectionem;
alias appeti
perfectissim
solum id q
Si itaque pr
quid, tunc S

XXVI

ipso contin
cum ut ex p
re indignum
se experibile
mum absolu
absolutē bo
seri debet.
minis studie
paratur.

XXV

bus, firmissi
Summo Bon
ex se, & su
promebant
vit. Deic. j.
Philosopho
Nos eas hic
placi vivend

cum virtute consentiunt, nam hæc vel scientiis stabiles
ac diuturniores esse videntur. Unde concludimus, Id
quod non stabile, & fixum, sed inconstans & mutabile,
facileq; auferri potest Summum Bonum esse nequit.

XXV. 3. Felicitatis proprietatem ponimus *Pero-*
fessionem, quia Summum Bonum debet esse perfectum,
alias appetitum humanum, qui ut optimum ita quoque
perfectissimum semper appetit, explore non posset, cum
solum id quod est perfectissimum, est etiam optimum.
Si itaque præter Summum Bonum daretur perfectius ali-
quid, tunc S. Bonum non esset summum.

XXVI. 4. Affectionem assertimus *αὐλόγησαν* i. e. in se
ipso continentiam, non n. querit aliud extra se bonum,
cum ut ex præcedenti patet sit perfectissimum, & nulla
re indignum. 5. Debet esse d' auto *ἀγαπητόν*, h. e. propter
se expetibile, si namque propter aliud expeteretur. Sum-
mum absolutè bonum fieri non posset. Jam verò quod
absolutè bonum non est, id neque pro Summo Bono cen-
seri debet. 6. S. Bonum est *πραγμάτων* agibile, quoniam ho-
minis studio, labore atque assiduitate invenitur & com-
paratur.

XXVII. Ex his igitur Summi Boni proprietati-
bus, firmissimè atque evidenterissimè refellimus varias de
Summo Bono, quas quidem homines non *ex re ipsa*, sed
ex se, & suo vivendi genere, suaq; constitutione, de-
promebant opiniones. Tradit. n. August. lib. 19 de Ci-
vit. Deic. j. Varronem in lib. de Philosoph. cclxxxix
Philosophorum de Summo Bono numerasse opiniones.
Nos eas hic non recensebimus, solummodo eas quæ extri-
plici vivendi genere de promuntur refutaturi.

XXIX. Rectissimè autem dederit; & solidissimè
concluditur ex supra adnotatis Proprietatibus Summum
Bonum non consistere: 1. *In voluptate.* 2. Quia Sum-
mum Bonum est homini proprium. Voluptas non est
homini propria; Competit n; etiam brutis; imò magis e-
is competere videtur, quippe quæ non ratione, sed sensu-
um judicio stimant. Unde Xystus Pythagoricus dixit,
Hominem qui à ventre vincitur belluæ similem esse, 2.
Summum Bonum est stabile & firmum. Voluptas non est
stabilis & firma, verum fugax. Ita de re elegantissimè
Boëtius primus Christianorum Philosophus, Habet, in-
quit, omnis hoc voluptas. Stimulis agit furentes, Apium-
que par volantum, Ubigrata mella fudit, Fugit, & minus-
tenaci, Ferit ita corda mortu;

XXIX. Neque 2. *in Honore.* Namq; 3. Summum
Bonum est domesticum & proprium. Honor non est
homini proprius. Non n. est honorati sed honorantis,
idque quia partim actio quædam honorantis est; Partim
vero quia magis esse videtur in potestate honorantis,
quam honorati, quippe quorum ille agentis, hic autem
patientis in honoris collatione personam sustinet; 2. Fe-
licitas est δυσαφάίετον difficulter, ab eo qui eam adeptus
est, mobilis. At honor non est tale quid. Is namque ex
voluntate & opinione hominum, quæ nimis inconstans
est proveniens & pendens, facile iterum aufertur, atq; in-
singulas horas mutatur.

XXX. Neque 3. Beatitudo collocatur *in Diversis.*
Nam divitiae non propter se expetuntur, sed propter u-
sum quem in vita hac præstant; fraudibus etiam scèpè pa-
rantur, neque possessæ sunt constantissimæ, fluunt n. &
refluunt, & cum sint bona fortunæ, fortunæ etiam inge-
nium

nium eas habere oportet. Atqui hæc cum maximè
splendore videtur frangitur & concutitur.

XXXI. Tandem 4, non est positum *in habitu virtutis*, Quia habitui virtutis semper superadditur actus secundus eum perficiens, scil. operatio. Deinde possideri potest ab otioso ac dormiente, in quos felicitas minime cadit. Quemadmodum n. ajente Philosopho i. Ech. 8. in Olympicis certaminibus non pulcherrimi & robustissimi coronantur, sed qui decertant, ex his namque, non nulli vincent; ita ex honestis probisque hominibus in vita illi, qui recte agunt felicitatis compotes fiunt.

XXXII. His ergo remotis & refutatis sententiis,
Summum Bonum non in alio, quam in actione sive ope-
ratione ex virtute prodeunte situm esse statuimus. Un-
de talem ex superiori dictis Felicitatis componimus Ora-
tionem Definitivam: *Summum Bonum est actio sive o-
peratio animæ rationalis secundū virtutem optimam &
perfectissimam in vita perfecta.*

XXXIII. Hanc resolvimus in *Subjectum* & *Prædicatum*. *Subjectum* est ipsum *Summum Bonum*. *Prædicatum* dispescitur iterum in partes *Essentiales* definito *Genus* videlicet & *Differentiam Specificam*. *Genus* dicimus ipsam functionem sive operationem. *Differ- rentia* explicat, quænam sit ista propria hominis actio sive operatio, desumiturque partim à causis, partim verò à circumstantia temporis.

XXXIV. Porro pro uberiori Definitionis explicatione observandum, j. Per virtutem perfectissimam

nos debere intelligere illam, quæ omnes singulares virtutes amplexu suo in se continet. Ubi enim totus virtutum chorus ibi perfectio, cum virtutes simul sumptæ, quasi unam constituant perfectam, singulæ verò & seorsim positæ imperfectæ sint. Talis virtus in Contemplativis Sapientia; in activis verò Universalis Justitia intelligitur, quia mediante illa Intellectus omnia contemplatur, inquirit, indagat, & ad Deum proximè accedit, hæc autem juxta illud: Justitia in se virtutes continet omnes.

2. Illam actionem quæ perfectam vitam requirit in duobus potissimum consistere. 1. In temporis diuturnitate. 2. Constantia & perseverantia in actionibus virtutum, ne fiat aliqua interruptio; per turpes actiones & scelera, quibus ista Civilis felicitas inquinatur & labe- factatur.

XXXV. Ultimo loco *Accidentia felicitatis* notamus. *Primaria* quidem, quæ alias effectus proprij appellari solent, sunt quo ad animum, bona conscientia secum tranquillitatem animi, & lætitiam cordis gerens; quo ad Corpus, est Sanitas, nam oportet ut & corpus valeat & alimenta & cœtera suppetant, ait Philos. 1. Eth. Nic. c. 8. *Secundaria* verò sunt bona extranea, ut est, bona fama, honor, amicitia, divitiae. Distingvimus autem hic inter *Summi Boni* essentiam & constitutionem; Seu inter *Summum Bonum ipsum*, & ejus instrumenta seu media. Etsi felicitas in his ipsis non constat, sive hæc ipsa felicitatem non constituant, his tamen carere vel non potest, vel à grè admodum, Cui namq; nulla omni-

no

nō fortunæ bona suppetunt, vix fieri potest, ut ille res cum primis præclaras agat, cum multa gerantur, opera amicorum, divitiis, aut civili potentia, & similibus tanquam instrumentis quibusdam, ad quæ absq; illis si sit, frustra adspiratur. Teste Philosopho. l. c. & l. i. Polit. cap. 13.

Tametsi igitur felicitas in his non consistat, in iis tamen & per ea exerceatur felicius & commodius.

COROLLARIUM.

I. **V**ita Monachorum, qui hodie citra omnem necessitatem bonorum proprietatem ejulant, & paupertatem voluntariam venditant, non est Beata, neq; perfecta, sed hypocrita. *Contra Bell. lib. 2. de Monach. c. 46.*

II. *Theologia justitiae* *Dudum non S. Sandi,* sed potius *Aristotelis de Summo Bono* sententiam sequitur.

Præstantissimo Respondenti.

Esse volunt omnes felices atq; beati,
Quid sit solliciti vita beata parum:
Tutamen hos moros si nil mi *Faschko* moreris
Quodq; doces facies, tute beatus eris,

amoris ergo

apposuit Præfess



finis vero nunc atque Mero concidit omnia,
Martial ad arma ~~ad~~ vocat tymbam voxq; futa
~~et~~ unius confundit in usus.
for Galas, gladiis, spirulz, scutis, globis,
Anglia jam puden, radiat fulgentib; armis,
Gallus & Hispani Castra Poloni laet,
Hinc Princeps ~~vacans~~ illius geno Svecia fugiat.
Parfidy Moscoviorum ^{illud} simul arma capi,
Egregio viri natus Virtutis stimate Clarus,
Vacuit auxilio cogit ire domum
Ni bene Humanius exigent classibus Orben
Cocle, in nostra invicta Otho.



16
Non tibi per amissus
vixi usq; rursum

nitimus amissus